

TEMI E TESTI

— REPRINT 4 —

P. VERGILI MARONIS

OPERA

edita anno MCMLXXIII

iterum recensuit

MARIUS GEYMONAT



ROMA 2008

EDIZIONI DI STORIA E LETTERATURA

CONSPECTUS CODICUM ET SUBSIDIORUM

CODICES ANTIQUIORES

- M** Mediceus Laurentianus lat. Plut. XXXIX, 1 cum Vaticano lat. 3225-II (fol. lxxvi = *Aen.* 8.585-642) [*CLA* III 296], olim Bobiensis, Romae exaratus a. 494-495 (perierunt *B.* 1.1-6.47);
M¹ (vide praecipue *Aen.* 7.586-615): corrector saec. V;
M² (Turcius Rufius Apronianus Asterius, cos. a. 494);
M³, **M**⁴, **M**⁵: correctores saec. VI;
M⁶: corrector Carolinae quae dicitur aetatis;
M⁷: fortasse Pomponius Letus, qui minio scripsit anno fere 1470;
M^x: corrector quem omnino agnoscere non valui.
- P** Vaticanus Palatinus lat. 1631 [*CLA* I 99], olim Lauresheimensis, saec. V ex. vel VI in. scriptus in Italia (perierunt *B.* 3.72-4.51; *Georg.* 1.323-2.138; 4.462-*Aen.* 1.276; 4.116-161; 7.277-644; 10.436-439 et 458-508; 11.645-690, 737-782; 12.47-92);
P¹, **P**², **P**³: correctores saec. V-VI;
P⁴: corrector Carolinae quae dicitur aetatis;
P⁵, **P**⁶: correctores Renatarum Litterarum Aetatis;
γ. Guelferbytanus Gudianus lat. 2° 70 una cum fragmento Goettingensi, origine Lugdunensis, saec. IX, apographon

codicis **P** (+ **P**¹²³) vel potius codicis indidem correcti;
γ¹, **γ**²: correctores vel variae lectiones fere eiusdem
 aetatis.

R Vaticanus lat. 3867, appellatus «Romanus» [CLA I 19],
 olim servatus apud S. Dionysium prope Parisios, exara-
 tus saec. VI m. in eodem scriptorio (Romae vel
 Ravennae) ubi fuerat codex Palatinus (perierunt B. 7.1-
 10.9; *Georg.* 2.1-215; 4.37-180; *Aen.* 2.73-3.684; 4.217-
 5.36; 11.757-792; 12.651-686; 759-830; 939-952);

R¹: corrector saec. VI ex.;

R², **R**³, **R**⁴, **R**⁵: correctores Carolinae quae dicitur aetatis
 vel etiam recentiores;

a: Bernensis 172 (B. 1-*Aen.* 5) cum Parisino lat. 7929
 (*Aen.* 6-12), quondam Floriacensis, saec. IX, partim (B
 1-10 et *Aen.* 9.537-10.370; 10.854-12.819) apographon
 codicis **R**;

a¹: correctores vel variae lectiones fere eiusdem aetatis.

A Vaticanus lat. 3256 cum Berolinensi lat. Fol. 416,
 «Augusteus» appellatus [CLA I 13 et VIII, p. 9], olim
 servatus apud S. Dionysium prope Parisios, saec. VI m.
 Romae fortasse exaratus (supersunt *Georg.* 1.41-280;
 3.181-220; specimen *Aen.* 4.302-305 e folio nunc deper-
 dito expressit Iohannes Mabillon a. 1709);

A¹: Claudius Puteanus, ante a. 1574;

A²: Fulvius Ursinus, anno fere 1574.

F Vaticanus lat. 3225, «Fulvii Ursini schedae Vaticanae»
 [CLA I 11], saec. IV ex. Romae (apud Symmachum?)
 exaratus (supersunt *Georg.* 3.1-21; 146-214; 285-348;
 4.97-124; 153-174; 471-497; 522-548; *Aen.* 1.185-268;
 419-521; 586-611; 654-680; 2.170-198; 254-309; 437-

468; 673-699; 3.1-54; 79-216; 300-341; 660-689; 4.1-92;
 234-257; 286-310; 443-521; 555-583; 651-688; 5.109-
 158; 784-814; 6.26-50; 219-272; 393-423; 491-559; 589-
 755; 858-872; 879-901; 7.5-58; 179-329; 428-469; 486-
 509; 594-646; 8.71-98; 9.32-68; 118-164; 207-234; 509-
 535; 11.858-895);

F¹, **F**²: correctores saec. IV-VI;

F³: correctores saec. VII-VIII;

F⁴: additamenta Aevi Carolini (vide praecipue *Aen.* 4.93-
 120);

F⁵: correctores Renatarum Litterarum Aetatis.

G Sangallensis 1394 [CLA VII 977], saec. VI in. scriptus
 fortasse in Italia, partim rescriptus apud S. Gallum saec.
 XII-XV (supersunt *Georg.* 4.345-362; 364-381; 383-400;
 402-419; 535-566; *Aen.* 1.381-418; 685-722; 3.191-208;
 210-227; 457-474; 476-493; 495-512; 514-531; 4.1-18;
 20-37; 6.655-659; 674-684; 688-724 necnon folium ubi
 inscribitur *Bucolica explicit et Incipit Georgica liber I*);

G¹, **G**²: correctores saec. VI;

G³: corrector saec. VII-VIII;

G⁴: corrector Carolinae quae dicitur aetatis;

G⁵: correctores saec. XVIII (Iohannes Hauntinger,
 Ildefonsus von Arx).

V Veronensis XL 38 [CLA IV 498], exaratus saec. V ex. for-
 tasse in Italia septentrionali (apud Mantuam?), rescrip-
 tus litteris Luxoviensibus saec. VIII in. (supersunt B.
 3.27-52; 5.86-6.20; 7.12-37; 8.19-44; *Georg.* 2.92-117;
 274-299; 352-377; 535-3.12; 351-402; 4.436-464; 522-
 549; *Aen.* 1.1-26; 235-260; 2.80-105; 158-183; 288-313;
 470-496; 623-726; 3.561-586; 691-716; 4.144-195; 5.73-
 96; 241-292; 448-499; 7.248-273; 326-351; 404-429; 482-

507; 586-611; 664-689; 8.14-39; 93-118; 9.354-405; 10.1-26; 53-78; 183-208; 235-261; 549-574; 732-758; 12.456-508; 667-718);

V¹: corrector saec. V ex.;

V²: corrector saec. VI-VII.

m Monacensis lat. 29216/7, olim 29005/18 [CLA IX 1327], scriptus in Italia septentrionali saec. VIII ex. (supersunt *Aen.* 5.704-725; 737-758; 6.39-57; 73-90);
m¹: corrector eiusdem aetatis.

p Parisinus lat. 7906 [CLA 1744], in Germania occidentali scriptus saec. VIII ex. (supersunt *Aen.* 1.1-128; 3.682-5.734); cf. *Praef.* n. 33.

p¹, p²: correctores fere eiusdem aetatis.

CODICES AEVI CAROLINI

- a** Bernensis 172 (*B.* 1-*Aen.* 5) cum Parisino lat. 7929 (*Aen.* 6-12), olim Floriacensis (manus recentior inde ab *Aen.* 12.820; desunt *B.* 1.1-47 et *Aen.* 5.853-6.13; 12.868-952, mutili sunt versus *Aen.* 5.805-852), in *B.* et *Aen.* 9.537-12.819 apographon codicis *R* [MO B.12: saec. IX m.].
- b** Bernensis 165, olim Turonensis (desunt *Aen.* 12.919-952) [MO B.10: saec. IX 1/4]; cf. *Praef.* n. 35.
- c** Bernensis 184 [MO B.13: saec. IX-X].
- d** Bernensis 255 + 239, e Gallia septentrionali oriundus (desunt *Aen.* 12.682-952) [MO B.14: saec. IX 2/3].
- e** Bernensis 167, origine Autissiodorensis olim creditus (desunt *Aen.* 12.452-579; 772-952) [MO B.11: saec. IX¹].
- f** Oxoniensis Bodl. Auct. F. 2. 8, ante annum fere 850 Parisiis exaratus in coenobio S. Germani (desunt *B.* 1.1-

- 54) [MO B.155: saec. IX¹].
- h** Valentianensis 407 (389), olim S. Amandi Elnonensis sive in Pabula [MO B.231: saec. IX²].
- k** Hamburgensis Scrin. 52 [MO B.69: saec. IX m.] in *Georg.* contulit M. ERREN, ipse nondum contuli (desunt *Georg.* 4.53-566).
- n** Neapolitanus Vind. Lat. 6, scriptura Beneventana exaratus, antiquissimus inter libros qui nobis in Italia inferiore pervenerunt (desunt *Aen.* 12.676-952) [MO B.151: saec. XI¹]; cf. *Praef.* n. 38.
- o** Ausonensis ('Vic. Archivo Capitular'197), antiquissimus inter libros qui nobis in Hispania pervenerunt [MO C.272: saec. XI¹], contulit M. LIBRAN MORENO, 'ExClass' 9, 2005, 22-73 (perierunt *Aen.* 9.817-818; 11.1-12.301; 364-365, 493, 525, 612-613 et 816-944; mutili sunt *Aen.* 9.459-466, 577-582, 584-595, 609-626 et 688-719; 10.1-60, 125-189, 255-318, 383-446, 511-574, 637-701, 766-829 et 862-908).
- r** Parisinus lat. 7926 (desunt *Aen.* 12.138-952) [MO B.171: saec. IX 2/4].
- s** Parisinus lat. 7928 (supersunt *B.* 6.75-*Georg.* 3.124; *Aen.* 5.1-501; 6.705-9.639) [MO B.173: saec. IX ex.].
- t** Parisinus lat. 13043, olim Corbeiensis (desunt *B.* 1.1-8.11; *Aen.* 2.285-3.79; 11.11-12.952) [MO B.192: saec. IX 2/3].
- u** Parisinus lat. 13044, olim Corbeiensis (desunt *Aen.* 6.130-609; 676-7.712; 748-12.354) [MO B.193: saec. IX ex.].
- v** Vaticanus lat. 1570, olim Flaviniacensis [MO B.256: saec. IX/X]; cf. *Praef.* n. 36.
- x** Montepessulanus Fac. Med. 253, ipse nondum contuli neque alii contulerunt [MO B.120: saec. IX 2/3].
- ω** consensus horum, vel omnium, vel quoque non separa-

tim nominantur.

- γ Guelferbitanus Gudianus lat. 2° 70 (4374) + folium seiunctum nunc in bibliotheca Universitatis Goettingensis, App. Dipl. 10 E Mapp. I, 28 (*Georg.* 2.53-260), origine Lugdunensis, apographon codicis P vel potius codicis indidem correcti [MO B.281: saec. IX].

a¹, b¹, c¹, γ¹, etc.: eorum correctores fere eiusdem aetatis.

recc. codices quidam recentiores, testibus Pierio, Ribbeck, Sabbadini aliisque, vel manus Renatarum Litterarum Aetatis in codicibus aevi Carolini.

libri codices omnes qui nobis pervenerunt.

edd editores omnes vel plerique vel ceteri.

nomina virorum doctorum apud Ribbeck et Sabbadini vel alibi laudata.

FRAGMENTA PAPYRACEA VEL MEMBRANACEA, TABULAE CERATAE ET OSTRACA

- Π₁ Pap. Strasb. Lat 2 [*Pack*³ n. 2935], saec. III-IV, fortasse in Italia scripta, cont. *B.* 5.17-34 (ipse edidi in 'Helikon' 4, 1964, 345-347).
- Π₂ Pap. Allen. s.n. [*Pack*³ n. 2936], saec. V, cont. singula verba *Georg.* 1.229-237 cum versione Graeca.
- Π₃ Pap. Ant. 1.29 [*Pack*³ n. 2937], saec. IV, cont. *Georg.* 2.527-3.11; 18-20; 22-25 cum notis marginalibus.
- Π₄ Pap. Tebt. 2.686b [*Pack*³ n. 2938], saec. III, cont. *Georg.* 4.1-2 sexies iterata.
- Π₅ Pap. Colt Nessana 2.1 [*Pack*³ n. 2939], saec. VI, cont. singula verba *Aen.* 1.262-263; 331-332; 413-424; 457-476; 602-606; 613-615; 668-669; 2.26-102; 717-718; 765-766; 788-789; 4.248-497 cum versione Graeca.

- Π₆ Pap. Ryl. 3.478 + Pap. Mil. 1.1 + Pap. Cair. inv. 85644 A-B [*Pack*³ n. 2940], saec. III-IV, cont. singula verba *Aen.* 1.235-243; 247-262; 270-274; 276-277; 406-413; 418-424; 633-639; 646-651; 702-707; 711-719 cum versione Graeca (vide etiam L. KOENEN, 'ZPE' 11, 1973, 219-230).
- Π₇ Pap. Oxy. 1.31 = Bibl. Cantabrig. inv. add. 4031 [*Pack*³ n. 2941], saec. V ex., cont. *Aen.* 1.457-463; 496-507.
- Π₈ Palimps. Ambrosianus L 120 sup., olim Cemel. Ms. 3 [*Pack*³ n. 2943], saec. IV-V, cont. *Aen.* 1.588-608; 649-668; 689-708; 729-748 cum versione Graeca (vide etiam J. KRAMER, 'ZPE' 111, 1996, 1-20).
- Π₉ Pap. Oxy. 8.1098 = Pap. Cair. inv. JE 47435 [*Pack*³ n. 2944], saec. IV-V, cont. *Aen.* 2.17-23; 40-45.
- Π₁₀ Pap. Colt Nessana 2.2 [*Pack*³ n. 2945], saec. VI, cont. *Aen.* 2.296-299; 320-333; 3.559-563; 591-595; 630-633; 662-666; 4.450-457; 483-490; 517-521; 552-559; 647-650; 683-686; 5.8-10; 44-46; 644-648; 676-681; 6.425-434; 459-468; 492-503; 526-537; 561-573; 596-607; 631-643; 665-677; 701-711; 735-745; 769-780; 804-814; 838-845; 874-878.
- Π₁₁ PSI 7.756 [*Pack*³ n. 2946], saec. IV-V, cont. singula verba *Aen.* 2.443-456; 468-482; 494-509; 522-537 cum versione Graeca.
- Π₁₂ Pap. Haw. 24 [*Pack*³ n. 2947], saec. I ex., cont. *Aen.* 2.601 et 4.174 pluries iterata (cf. S. Dow, 'JRS' 58, 1968, 60-70).
- Π₁₃ Pap. Fouad 5 [*Pack*³ n. 2948], saec. IV-V, cont. singula verba *Aen.* 3.445-468 cum versione Graeca.
- Π₁₄ PSI 1.21 [*Pack*³ n. 2949], saec. V, cont. *Aen.* 4.66-68 et 99-102.
- Π₁₅ Pap. Oxy. 8.1099 = Bibl. Cantabrig. inv. add. 5896 [*Pack*³ n. 2950], saec. V-VI, cont. singula verba *Aen.*

- 4.659-705; 5.1 cum versione Graeca.
- Π_{16} Pap. Vindob. inv. L 24 [*Pack*³ n. 2951], saec. V, cont. singula verba *Aen.* 5.673-674; 683-684 cum versione Graeca (ipse edidi in 'Helikon' 4, 1964, 343-345).
- Π_{17} Pap. Oxy. 6.872 [*Pack*³ n. 3018], saec. VI, continet frustula *Aen.* 6.698-700.
- Π_{18} Pap. Ant. 1.30 [*Pack*³ n. 2952], saec. IV, cont. *Aen.* 12.762-765.
- Π_{19} Pap. Narm. inv. 66.362 [*CLA* 1816; *Pack*³ n. 2935.1], saec. II in., cont. *B.* 8.53-62.
- Π_{20} Tab. Vindoland. 2.452, inv. 86.384.a [*Pack*³ n. 2939.01], saec. I ex., cont. *Aen.* 1.1 bis iterata.
- Π_{21} Pap. Berol. 21138A-B [*CLA* 1813; *Pack*³ n. 2939.1], saec. IV ex., cont. singula verba *Aen.* 1.211-252; 276-297; 398-400; 411-413; 419-422; 528; 547-548; 556-558; 617-618; 627-628; 729-731; 747-749; 755-756; 2.51-53; 60-62; 71-73; 84-86; 107-108; 120-121 cum versione Graeca.
- Π_{22} Pap. Oxy. 50.3553 [*CLA* 1832; *Pack*³ n. 2943.1], saec. V, cont. *Aen.* 1.615-621 cum versione Graeca *Aen.* 1.622-628.
- Π_{23} Pap. Masada 721, inv. 1039-210 [*Pack*³ n. 2948.01], saec. I (ante a. 74), cont. *Aen.* 4.9.
- Π_{24} Tab. Vindoland. 2.118, inv. 85.137 [*Pack*³ n. 2951.01], saec. I ex., cont. *Aen.* 9.473.
- Π_{25} Pap. Berol. inv. 21299 [*CLA* 1866; *Pack*³ n. 2951.02], saec. IV, cont. *Aen.* 10.832-836, 863-867.
- Π_{26} Pap. Oxy. 10.1315 = Bibl. Cantabrig. inv. add. 5902 [*Pack*³ n. 3013], saec. V-VI, cont. *Aen.* 11.1 = 4.129.
- Π_{27} Pap. Oxy. 50.3554 [*CLA* 1833; *Pack*³ n. 2951.1], saec. I ex., cont. *Aen.* 11.371-372 pluries iterata.
- Π_{28} Ostr. Claud. 1.190, inv. 3637 [*Pack*³ n. 3016.01], saec. II in., cont. *Aen.* 1.1-3.
- Π_{29} Tab. Vindoland. 2.121, inv. 85.119.a [*Pack*³ n. 3026.82],

praetereo atque aliis post me memoranda relinquo.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
addidit, expediam, pro qua mercede canoros
Curetum sonitus crepitantiaque aera secutae
Dictae caeli regem pavere sub antro.
Solae communis natos, consortia tecta
urbis habent magnisque agitant sub legibus aevom
et patriam solae et certos novere penatis;
venturaeque hiemis memores aestate laborem
experiuntur et in medium quaesita reponunt.
Namque aliae victu invigilant et foedere pacto
exercentur agris; pars intra saepta domorum
narcissi lacrimam et lentum de cortice gluten
prima favis ponunt fundamina, deinde tenacis
suspendunt ceras; aliae spem gentis adultos
educunt fetus; aliae purissima mella
stipant et liquido distendunt nectare cellas.
Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti
inque vicem speculantur aquas et nubila caeli,
aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
ignavom fucos pecus a praeseptibus arcent:

148 me b^h (cf. Col. 10, 5): om. MPwγ (haplogr., commemoranda edit)
150 pro qua mercede id est pro eius rei mercede quod; cf. « ut etiam De-
natus dicit, tragicum est et ultra carmen georgicum, ei accipiamus pro
qua mercede exclamationem esse » Serv. 151 aere P

153-174 FMP. — 153 solat F, corr. F¹ communes M natos ex
lato M² 154 magnisque FMwγ, Arus. 453, 11: magnis P, Sabbadini
(qui triplex magnae gravitatis asyndeton laudat) aevom M 155 pr.
et] at F, corr. F¹ alt. et om. c penates FM 156 totus hic v. in ras P
hiemes M, corr. M² laborum a?c 157 in P reponit F, corr. F¹
158 invigilant victu Arus. 484, 11 foere F, corr. F¹ 160 lacrimas
schol. Bern. 161 tenaces M 163 durissima M, corr. M² (cf. Aen. 1,
669) 164 stipant c aliquido F, corr. F¹ dulci suspendunt n
gallas P 105 portam Alcuin. 886 c caecidit FM (corr. F¹) sorte
recc. 168 ignavum FM fucos γ, corr. γ¹

fervit opus redolentque thymo fragrantia mella.
Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis
cum properant, alii taurinis foliibus auras
accipiunt redduntque, alii stridentia tingunt
aera lacu; gemit inpositis incudibus Aetna;
illi inter sese magna vi bracchia tollunt
in numerum versantque tenaci forcipe ferrum:
non aliter, si parva licet componere magnis,
Cecropias innatus apes amor urget habendi
munere quamque suo. Grandaevus oppida curae
et munire favos et daedala fingere tecta;
at fessae multa referunt se nocte minores
crura thymo plenae; pascuntur et arbuta passim
et glaucas salices casiamque crocumque rubentem
et pinguem tiliam et ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus:
mane ruunt portis, nusquam mora; rursus easdem
Vesper ubi e pastu tandem decedere campis
admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant;

169 fervit Fγ¹: fervet F¹MPwγ; « fervit opus iuxta declinationem saepe
dictum fervo fervis fervit » DServ., « fervet: in Ebrui fervit » schol. Bern.;
cf. Aen. 1, 436 pus - mella in ras. F¹ hymo P fragrantia F¹ (in
ras.) Mbhty, Mynors: flagrantia Pw (cf. Aen. 1, 436), fragrantia c, Isid.
17, 9, 12, Diom. 319, 18, Ribbeck, Sabbadini, Maguinness ('CR', LXXXV,
1971, 198) 170 lenti F (corr. F¹), lente P 171 aliti F (corr. F¹) ali P
foliibus] pellibus n auras a 172 ali P 173 lacui nγ¹ Aetna]
antrum FPd, ex Aen. 8, 451 174 illis F, corr. F¹ esse F, corr. F¹
« tollunt: alii iactant » schol. Bern.

175-180 MP. — 175 « forcipe in Ebrui et forcice in Corneliani » schol.
Bern. ferrum] massam Velius 71, 16 176 aliter] alio P 177 urget
M agendi Peerlkamp 178 grandaevis M 179 munere M, corr. M²
180 ad P

181-344 MPR. — 181 plena acdf « passim: alii circum » schol. Bern.;
cf. v. 188 182 crocumque] cum in ras. R 183 pingem P tiliana M,
corr. M² 184 quana M, del. q M² 185 numquam P 186 vespere P
decedere M, corr. M² 187 alt. tum] tunc MP

fit sonitus mussantque oras et limina circum.
Post, ubi iam thalamis se composuere, siletur
in noctem fessosque sopor suus occupat artus.
Nec vero a stabulis pluvia inpendente recedunt
longius aut credunt caelo adventantibus Euris,
sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur
excursusque brevis temptant et saepe lapillos,
ut cumbae instabiles fluctu iactante saburram,
tollunt, his sese per inania nubila librant.

Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
quod neque concubitu indulgent nec corpora segnis
in Venerem solvunt aut fetus nixibus edunt,
verum ipsae e foliis natos, e suavis herbis
ore legunt, ipsae regem parvosque Quirites
sufficiunt aulasque et cerea regna refugunt.
Saepe etiam duris errando in cotibus alas
attrivere ultroque animam sub fasce dedere;

188 mussant (om. que) P. Sabbadini; cf. v. 164 «limina: alii litora» schol. Bern. 190 suus sopor n. suus RY (corr. γ¹), ut nom. recepti Ribbeck artus P 191 recedunt M, corr. M¹ 192 adventantibus R, corr. R² 193 totae P moenibus in moenibus corr. P aequantur MY, corr. M²γ¹ 194 excursusque M, corr. M² tentant M¹ 195 cumbae ex cumbae M², cymbae M² stabiles MY, corr. M²γ¹ statu P suburram M, corr. M¹ 196 hi MPY, corr. M²γ¹ saepe γ¹ 198 neque PRY¹; deo M, neo M²ωγ, Aeper p. 638, 20, Gell. 4, 16, 7, Arus. 478, 13 «concubitu: concubitus» Serv., «concubitu: datus carus est» DServ. indulgens M, corr. M¹ eopora R segnis nom. pl.] regnis P, segnes R 199 nixibus Mωγ¹; nexibus M¹RY, nexibus in nixibus corr. P; «nixibus partibus» Serv., «nixibus a nitendo» DServ. 200 ipso M, corr. M² pr. a MRA¹bury, Lact. div. inst. 1, 8, 8: om. Pω alt. e MPf; sed R, et ωγ, Lact. 201 parvosque] pabulumque M, corr. M² 202 aulasque M, corr. M² refugunt Mωγ¹; relingunt P, refingunt Rbdfn, Mynors; «refugunt figunt» Serv., «refugunt id est sufficiunt» DServ. 203-205 post 196 posuerunt Bentley et Schrader, post 207 (in parenthesi) Goldbacher ('WS', XXXI, 1909, 109 ss.) et Franco ('Gymnasium', XI, 1912, 418-419), absolute tam opere a Vergilio additos esse censuit Wagner, qui eos post 183 collocavit, et de secundis curis post alios cogitavit Sabbadini 204 attrivere M, corr. M¹ utroque γ (corr. γ¹), schol. cod. M B. 9, 64 animas Non. 312, 26 sufflace P

tantus amor florum et generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamvis angusti terminus aevi
exciat (neque enim plus septima ducitur aestas),
at genus immortale manet multosque per annos
stat fortuna domus et avi numerantur avorum.

Praeterea regem non sic Aegyptos et ingens
Lydia nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes
observant. Rege incolumi mens omnibus una est;
amisso rupere fidem constructaque mella
diripere ipsae et cratis solvere favorem.
Ille operum custos, illum admirantur et omnes
circumstant fremitu denso stipantque frequentes
et saepe attollunt umeris et corpora bello
oblectant pulchramque petunt per vulnera mortem.

His quidam signis atque haec exempla secuti
esse apibus partem divinae mentis et haustus
aetherios dixere; deum namque ire per omnia
terrasque tractusque maris caelumque profundum;
hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
quemque sibi tenuis nascentem arcessere vitas;
scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri

205 laudum Serv. ad v. 6 (sed florum hic); cf. Georg. 3, 112
206 angust P aevus P 207 exciati M, corr. M² plus septima
M, corr. M² 208 et R, ad γ (corr. γ¹); «et, alibi at: potest abundare
coniunctio» DServ. immortale M manet] tamen Bentley 209 et M
corr. M² 210 praeter M, corr. M² aegyptus P, aegyptus R 211 Lydia
parthorum populi (om. nec) ad parthorum R, corr. R¹ aut] et M, corr. M²
metus M, corr. M² 212 regi M (corr. M¹), reges γ¹ est om. Ben. dem.
1, 4, 2 213 que om. a 214 cratis M; cratis MPfR favorem M, corr. M²
215 ille admiratur M, corr. M² admiratos γ, corr. γ¹ 216 fremitus P
denso] e corr. P 217 corpora] pectora P; cf. v. 82 et Am. 6, 28
218 vulnera MR 219 exempla P 220 potum P 221 omnia
MPHγ. Minucius 19, 2, Lact. div. inst. 1, 6, 12, Aug. c. d. 4, 11,
comm. Lucan. 9, 678, Serv., Goldbacher, 'WS', XXXI, 1909, 109 ss.
et Mynors: omnia (cf. Am. 6, 25) Perikamp ex Ambros. de of. 1, 13
«per omnia deum ire ipse adserunt», Ribbeck et Sabbadini 222 ter-
rarumque] terrarum M² 223 hic R gentes P 224 sibi om. R. add.
R¹ tenuis M arcessere R vitas arcessere e 225 inferis M, corr. M²

omnia, nec mortì esse locum, sed viva volare
sideris in numerum atque alto succedere caelo.

Si quando sedem augustam servataque mella
thensauris relines, prius haustu sparsus aquarum
ora fove fumosque manu praetende sequacis. 230

Bis gravidos cogunt fetus, duo tempora messis:
Taygete simul os terris ostendit honestum
Pleas et Oceani spretos pede reppulit amnis,
aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi
tristior hibernas caelo descendit in undas. 235

Illis ira modum supra est, laesaeque venenum
morsibus inspirant et spicula caeca relinquunt
adfixae venis animasque in vulnere ponunt.
Sin duram metues hiemem parcesque futuro
contusosque animos et res miserabere fractas, 240
at suffire thymo cerasque recidere inanis

227 succedere] se condere R 228 augusta M (corr. M²), angu-
stam Racfhr, Wagner 229 thesauris M, thensaui P (Ribbeck) retines
P haustu M²Rb?er: astu M, haustus Pwγ¹, austu γ 230 ora fove
M²wγ (cf. Georg. 2, 135), Servi codd. quidam in lemmate, idque firmari
Columellae loco 9, 14, 3 censet Sabbadini: ore fove Rabvy², schol. Bern.
v. l., Ribbeck, ore fove MPdinty¹, schol. Bern. v. l. (cf. Aen. 5, 71), idque
post Ameisium receperunt nonnulli (ut Funaioli, 'Athenaeum', X, 1932,
329), praesertim quibus religiois aliquid in hoc loco inesse visum est,
cf. Crook 'OR', XXIV, 1910, 49; « ore fove ipse haustus scilicet et
hoc dicit: spargendo aquam imitare pluviam...; alii ore fove legunt, ut
sit tace » Serv., « ore fove cum religione ac silentio accedo » DServ. manu]
sinu P sequaces R 231 fetus] flores P; « flores emendatum fuit; et
bene gravidos flores, quod ex his omnia generant » DServ. tempore γ,
corr. γ¹ 232 taygete PR, Ribbeck 233 pleas P: plias M, Sabbadini,
pleias R « retulit, oritur, alii reppulit » schol. Bern. 234 « fugiens:
alii surgens » schol. Bern. Piscis] cf. Le Boeuffe, 'REL', XXXIX,
1961, 100-105 236-238 secundis curis additos censet Sabbadini, 231-234
post 238 collocatos maluit Schrader, 236-238 post 230 collocaverunt
Bentley et Ribbeck et 248-250 post 235 237 relincunt M, relinquunt
R 238 adfixa achntv vulnere P, vulnere Mw, Non. 233, 1, GLK
VIII, 60, 12, schol. Bern., Serv.: vulnera Rey, Macrobi. 6, 6, 19, schol.
Iuven. 4, 91, Sabbadini (cl. Anth. Lat. 17, 232) 239 metuens Ry
(corr. γ¹), Heyne 241 aut My? (corr. M²γ¹) suffire wγ, Prisc. 1er,
Serv.: sufferre MR, sufferre Pr thumos M (corr. M²), favos thymo
P (favos glossa) inanes M